

DEDICATIO.

viri ad magnanimitatem facti, in me extant  
 merita, ut ingratitude notam effugere nul-  
 lus possim, si animum ipsi deditum & devotum  
 non testatum faciam eo signo, quo possum, quoq;  
 soleo fautorum meorum magnificam munifi-  
 centiam, & munificam magnificentiam depra-  
 dicare. Etenim cum omnibus virtutibus me af-  
 fectum esse cupiam, tum nihil est, quod malim,  
 quam me & gratum esse & videri. Mearum  
 quidem partium erat, stylum meum converte-  
 re ad ipsummet dn. parentem tuum, & virtu-  
 tes ejus in tabulâ per amplâ depingere: Sed histo-  
 ria Hectoris & Alexandri Magni animum hunc  
 mihi eripuit: è quib. ille apud Comicum ait; Cu-  
 pio laudari, sed à te viro laudato: iste, neque  
 pingi, neq; fingi nisi à præstantissimis artifi-  
 bus, Apelle & Lysippo voluit, & Achillem præ se  
 felicem ad tumultum ipsius cum gemitu prædi-  
 cavit, quòd ille virtutum suarum præconem  
 Homerum nactus esset. Hæc cum paulò altiùs  
 perpenderem, Nobilissime Josua, sic apud me  
 mussitavi: Parentem tuum, Franconia suæ cla-  
 rissimum sidus, virumq; laudatissimum, à viro  
 laudato, & Franconia illo Vergilio, Melisso, vel  
 Taubmanno ejusdem Ovidio, laudari potuisse, à  
 me non posse, qui sum quotacunq; Reip. litera-  
 riæ pars. Verùm enim verò, ne hæc mea tenuitas  
 ingratitude notam mihi inureret, ad te,  
 quem